



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Lingva Avrea Christianorvm

Ruben, Leonhard

Padibornae, 1606

Capvt 53. Adduntur tria alia media, vnum ex similitudine Balnei, alterum freni, & tum vt quis cogitet se indignum vt loquatur.

---

---

**Nutzungsbedingungen**

[urn:nbn:de:hbz:466:1-56433](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-56433)

petus, Psalm. 45. 5. lætificet ciuitatem DEI, qui per loquacitatem multorum Christianorum aliàs facile dilabitur.

## CAPVT LIII.

*Adduntur tria alia media, vnum ex similitudine balnei, alterum freni, & tum vt quis cogitet se indignum vt loquatur.*

**O**ctauum medium est, considerare qua ratione balneorū calor conseruetur. Nulla id enim ratione meliori fieri potest, quàm si ianua benè claudatur, ne calor ad exteriora sese recipiat. Cor nostrū balneum est feruentissimum, vti fuit cor Ioseph Patriarchæ de quo Psalm. 104. 19. *Eloquium Domini inflammavit eum, misit rex, & soluit eum.* Et Dauidis, Psalm. 72. 21. *cūm inquit. Quia inflammatum est cor meum.* Sic duo discipuli in Emaus dicunt, Luc. 24. 32. *Nonne cor nostrum ardens erat in nobis dū loqueretur nobis in via. & aperiret nobis scri.*

*Ex calore balnei*

*pturas.* Vnde Didochus de perfectione spirituali cap. 70. ita scribit. Sicut ianua balnei si crebro aperiat, citò calorem eius extrudit; sic anima cum multa loqui vult, quavis valde pulchra sint, omnia memoria sui per vocale ostium distrahit ac deturbat.

*Vii*  
*freno*  
*statera.*

Nonum est, uti eo medio & consilio, quod de freno & statera ori nostro adaptandis censuit Ecclesiasticus, cum cap. 28. 29. sic inquit. *Verbis tuis facito stateram, & frenos ori tuo rectos.* Plura hac de re diximus notatu digna superius capite 23. num. 2.

*Vt*  
*quis in*  
*dicet*  
*se indignum*  
*qui loquatur*

Decimum est, ut quis se iudicet indignum qui loquatur. Sic ut est in Vitis Patrum D. Anthonius discipulo suo solebat dicere. Si affectaueris silentium non arbitreris te exercere virtutem, sed indignum te praeloqui confitere. Sic cum tanta animi demissione Abrahamam ad Do-

minum

minum Gen. 18. 31. dicit. *Quia se-  
mel, ait, coepi, loquar ad Dominum  
meum cum sim cinis & puluis.*

## CAPVT LIIII.

*Alia media, vt attendat quis sapientie & pru-  
dentie, & nouissimis, & doctrine, & quod  
ex lingue fructibus satiabitur, adhibeo e-  
tiam exemplo anseris aut gruis.*

**V**Ndecimum medium est, vt  
attendat sapientie & pruden-  
tia & nouissimis, quod labia disci-  
plinam conferuent, iuxta id Prou.  
5. 1. 2. 3. 4. 5. *Fili mi, attende ad sa-  
pientiam meam, & prudentia mea in-  
clina aurem tuam, vt custodias cogi-  
tationes, & disciplinam labia tua con-  
seruent: fauus enim distillas labia me-  
retricis, & nitidius oleo guttur eius, no-  
uissima autem illius amara quasi absyn-  
thium, & acuta quasi gladius biceps. Pe-  
des eius descendunt in mortem, & ad infe-  
ros gressus eius penetrant. Hic si quis  
hec duo nouissima bene consideret,  
& addat tertium, die scilicet iudicij,  
quo de omni verbo otioso reddenda*

*Atten-  
dat sa-  
pientie  
& pru-  
dentie*

*Atten-  
dat no-  
uiss-  
ima.*